


•••(*)•••

HIERARCHICA
POEMATA
SACRATISSIMAE
IN AVGVRATIONI REVEREN-
DISSIMI ET FLLYSTRISSIMI PRINCIPIS
ac Domini, Domini Ioannis D. G. Episcopi
Vratisl: Sac. Cas. Mai. Consiliarij, ac supre-
mi per ultramq; Silesiam Capitanei, Ec.
Domini & patroni dignissimi.

Consecrata



NICOLAO PRAVSS S. Theo. Doctore, Ca-
nonico Cathed. Ecclesie VVratisla: Glogov:
Maioris Scholastico, Nissens.
Canon. & Parocho.



Vol. 4. 1 (10)

Hist. Siles.

170, 6

Impressa Nissæ
Per Casparum Sigfrid Anno
M. D. Cl.

•••(*)•••

DIONYSIVS DE COELESTI
HIERARCHIA CAP. V.

Divinus Pontificum ordo primus est eorum
ordinum quidem participes sunt, & idem
ultimus: Primus, quod ex illo promanant reli-
qui omnes & sua accipiunt omnia: Ultimus
autem, quod in eo desinit & perficitur omnis
Ecclesiastica & Hierarchica
rei ornatus.



Gratu-

GRATVLATIO AD novum Præsulem.

Si gaudium gratulatioꝝ nostra , Præsul ampliſ-
ſime, versaretur inter clarissimam lucem Pasto-
ralis honoris dignitatisꝝ tuꝝ , atꝝ inter Ecclesiæ
nostræ quondam copioſæ ac splendidæ statum ac-
cīsum nunc penē & afflictum & accīsum, quia iam pau-
citas eius est , quæ à Propheta predicta videatur :
Quomodo si paucæ olivæ, quæ remanerunt exuti-
antur ex olea , & racemi, cum fuerit finita vindemia :
afflictum , quia Ecclesiæ eiusdem grec exiguus per-
deuia palans ac sparsus miserè vagatur & certè vox
omnium nostrum læticiae ac salutationis prima effet
ad te optimum vigilantisimumꝝ Pastorem . V. I.
VAT PASTOR BONVS, VIVAT
PROTECTOR EXOPTATVS, VIVAT
TVTVM ASYLVUM NOSTRVM.

Debita quidem tibi acclamationis vox, sed non
in te, sicut in alijs Ecclesiæ pastoribus solet, summa
effet : nam à paucis ederecur , & ijs tantum , qui se
hucusꝝ oves profensi sunt. At vero si oculos per u-
niversam Silesiæ regionem, per principatus eius di-
tionesꝝ circumferas: quid aliud hactenus Silesia vi-
detur fuisse , quam , ut cum altero Propheta loquar :
campus ingens, ossium plenus, quæ in gyro sint mul-
ta valde super faciem campi , siccacꝝ vehementer.
Hæc vero omnia ad tuum, Antistes dignissime, glo-
riosum aspectum spirare incipiunt & reviviscere :
ut iam totus populus noster Silesius ex ista tua in-

A 3

augu-

auguratione incredibili animorum l^exititia gestiat.
Pridem enim noverunt, & ab infantia partim sense-
runt tibi cælestē quoddam tutelare præsidium æter-
narum mentium circumfundi, partim viderunt vir-
tutes cum ætate crescentes, maioribus semper incre-
mentis effulgere, quas etiam deceraret tum generis
nobilitas, tum scientiæ sapientiæq^{ue} laboribus partæ,
splendor admirandus, ac propterea te populare
suum, ad omnia summa natum, concordibus votis
dudum Præsulem poposcerunt. Porro postquam
etiam nunc memoria reperiunt modestiam inufita-
tam & integrum ritum, quo tempore longiore ab ini-
tio obnitens, tandem te ad Cathedram, solius diuinæ
gloriæ impulso deduci passus es, videre sibi videntur
nouum, luce meridiana manifestius, omnium oculis
propositum spectaculum A postolicum.

Itaq^{ue} sensu suo quodam Silesia percipit, atq^{ue} in
te veneratur primos illos sanctitatis vertices, terræ
nostræ & Deo missos Apostolos, Adalbertos & Sta-
nislaos, eosdemq^{ue} consueto isto suo habitu adoper-
tos, & in te factos rediviuos, ad se intelligit accede-
re, ut per te munus impleatur restituendæ salutis a-
missiæ, profecto non minus arduum, quam olim fue-
rat conciliandæ salutis, nunquam prius habitæ.

Nunc igitur in primis ego, deinde me præeunte
Silesiæ tractus, Principatus omnes, ac gens Silesiæ
universa gratulabundi acclamamus: Venisti virtu-
tum exemplar, ex quo vita nobis & spiritus vel auge-
tur, vel redditur: Venisti Doctor & pastor eximie, cu-
ius pascuis nutriendi, ac domino saginadi sumus: Ve-
nisti

nisti à Dō missus terræ Princeps, ut aduersis debella,
tus omniū salutem in tuto constitutas: nos vicisim tibi
immortalitatem precamur: per te citissime in cœlum
euolemus, & de ætate nostra ad tuos annos tantum
addatur, quantum satis est ut plenam victoriam con-
secutus, & tuorū omnium compos effectus, nun-
quam quidem tuos deseras, sed in oportuniorem cæ-
stæ arcem recta contendens, securior, fortior, & gre-
gi tuo custos ac perpetuus propugna-
tor assistas.




A, PRÆ-

P R A E F A T I O
P O E T A E.

EN qua Diva potens sese demittit ab astris
Bis denis Nymphis associata novis?
Fallor an hoc tanto VVratislaviana paratu

Occurrant sponso, Templa beata, suo:
Omnes illustri Domino acclamare parata,
Ob decus augustum quod dat ab axe Deus
Ergo Hierarchiacæ sanctissima munia obite,
Nymphae applaudentes pectore, voce, modis.
SITSCHIVS Antistes vivat clamate Patronus,
Enthea iura ferunt, cui polus atq; solum.



ECCLE-

ECCLÉSIA.

Ngredere Antistes, Princeps, Ecclesia Sponsus
Te dudum casto feruida amore manet.

Ast quo compellem proprio te nomine verè
Nescio, ni pàndant dogmata sacra modum.

Salve sol terra, Pastor, lux publica mundi,
Concilians summis infima, & astra solo:

Vita immortalis Doctor, Pietatis asylum,
Exercens Regis Melchisedecis opus;

Illustris custos animarum, gloria Aronis,
Clarus, Rex diuinus, dux populiq; Dei,

Defensor legum patriarcharum, interpres operis
Consilij, prava malleus heresios:

Divum hominumq; simul mediator, firma co-
lumna

Templi de solido marmore facta basis.
Magna loquor, sed non divinis dissona verbis,

Post ipsos diuos angelus atq; Deus:
Felix connubium quod terras iungit Olymbo,

Mortales quondam quod facit esse Deos.

Primus

PRIMVS CHORVS ECCLESIASTICAE
Hierarchia.

NYMPHA.

I. GLORIA.

Sponsor quis?

*Princeps illustri quo tu sponsore triumphas,
Totius Princeps est Hierarcha poli:
Scilicet ille sinu patris qui missus Olympo,
Illuc te mittit, quo pia iussa vocant;
Is quondam cali subiturus limina, bis sex
Eligit ante viros Pontificesq; creat.
Ætherea afflat eos primum divinitus aura,
Munere discessum latificatq; suum.
Ergo vide quantus Princeps Hierarcha sit ille,
A quo descendit tantus honoris apex.*

II. Dignitas

II. DIGNITAS.

Ducitur ad Sponsam novus Sponsus.

HVc ades Angelico velamine, Praeful, amictus,
In niveis sacra sunt hac celebranda stolis.
Divini cultus obijsti munia ritè,
Rebus & in paruis ante probata fides:
Nunc opera ad maiora Patrem te numina poscunt,
I quò cœlestis Flaminis ardor agit:
En te declarant navarchum è remige Divi,
Miles eras, at nunc induperator eris.

B III. FIDES.

RO VI

III. FIDES.

Proponitur universæ Fidei summa.

*C*Vm te suspiciam Patrum decretadocentem.
Quanta, precor, capio gaudia corde meo:
Sanctos compones ad publica commoda mores,
Virtuti facies ut sit amicus honor.
Justicia exemplar fies, pietatis aurora
Lumen, homo forma, moribus Angelicus:
Principis exemplum Provincia tota sequatur,
Miretur tellus, approbet acta polus.



EDITHA

IV. ORA.

IV. ORATIO.

Conferunt se omnes , Consecrator , Sponsus ,
Pronubi , ac tota Ecclesia , ad com-
munem orationem .

Magna precum vis est , reserant virtute polorum
Atria , delectant , propitiantq; Deum :
Hic opus est in tot tanto quoq; pondere rerum ,
Et grauibus causis rite praesesse Dei .
Consecrare piè plantas firmare novellas ,
Ac offerre Deo mystica liba Patri :
Non opis est nostræ , humanis non viribus isthac
Fiunt , angelico penè humero impar onus .
Supplex ergo preces funde , Illustrissime Präful ,
Tu vota exaudi ter veneranda Trias .


B 2

V. HVMI-

V. HVMILITAS.

Aditus ad divinum altare, ac submissa
genuum flexio.

I Sto symbolico signo submittere mentem.
Nec non integrē disce placere Deo.
Casta Deus mens est, castas venerabilis ara
Vult mentes, abeant vana prophana procul.
Divinam speciem mentes ratione figurant,
Caelstis vigor est quēis & origo polus.
Ergo dicata Deo sit mens speciosa Tonanti,
Particulam mentes si deitatis habent.



VI. HUM

VI.

VI. FOR-

VI. FORTITVDO.

Sacri Hierarchæ ac reliqui collegij
manuum impletio.

Sacrum tange caput, bone Consecrator, & illud
Ceu sancti pueri patris amore fove.
Enthea præbetur manuum virtute potestas,
Quarum præsidio pectora robur habent.
Aereas contra turmas Orciq; phalanges,
Ut prisca maneat religione nepos.
Sic alijs impone manus exempla secutus
Principis, o sic te sic invet esse ducem.



B 3

VII. PIE-

VII. PIETAS.

Crucis ob-signatio.

Et cruce signaris simul Illustrissime Praefule
Diva crucis mentem quid monumenta
monent?

Fiam memini, ligno quia suspenduntur in illo
Quævis delicia, qualibet orbis opes,
Omnis in hoc marcerat carnis suffixa cupido,
Omnis in hoc mundo sollicitudo perit.

Cuius non curis modo cor curetur amarum,
Christus in excelsa si trabe languet inops?

Quæ vero ardescat tanto impete fluxa libido
Quam non cum tristi spongia felle premat?

In cruce pendentis quem non submissio sanet,
Ambitionis amor quem malesanus agit?

In sidiosorum stimulis quis flagret amorum,
Cum sit cœlestis prob crucifixus amor!

En hic elucet perfecta imitatio vita
Perfectus si vis esse sequare crucem.

VIII. THE.

VIII. THEOLOGIA.

Sacrorum librorum super caput & humerum
sanctissima impositio.

Biblicus attingat codex quoque more uetusto,
Cum bruis humeris, Pontificale Caput.
Fst*i* quid ritus & arcana quod omnia dicta
Debeat Antistes pandere Th*e*iologus.
Plebs & quo poscat dubijs oracula causis,
Qui vitare malum dicat, amare bonum.
Ergo iugum primus subeas dux arbiter astri,
Ac alijs monstres per freta vasta viam:
Non abruptatamen pastor loca & ardua querat,
Grex male ne praeceps ductus ad imaruit.



IX. BENE-

IX. BENEDICTIO.

Cum benedictione ab Hieroteleste
perfunditur.

*Q*uod fuerant palla gemmis signisq; rigentes
Sidoniis lymbis blattea texta chlamys,
Quod picturata obrizi sub tegmine vestes,
Baccatum velum quodq; Aaronis erat.
Ad pectus quicquid bullataq; bractea pendens
Signabat quicquid Sardonychata manus:
Actibus & sanctis, clarescat moribus illud,
Digne ò tergemino, PRAESVL, honore tuis.
Imbuat astripotens cælestis rore potenter
Vnguinis & ditet pectora fæta DEO:
Tanto illustrato virtutum lumine mysta
Nescio quid possit pulchrius esse polo.

X. M· AIE

X. MAIESTAS.

Vegitur futurus Hierarchicus primum
in Capite,

Aerius qualis de sudis noctibus humor
Ubere fæcundos rore saginat agros;
Talia odoratis stillantia balsama guttis
In sacra Pontificis tempora sparsa fluant.
Svauibus ut crines & menta liquoribus undent,
Carbaseosq; riget pinguis oliva sinus.
Inde sub extremis ita defluat vestibus erret,
Principis ut toto corpore spiret odor.
Incipias Christi nunc esse vicarius olim
Chrismata testantur verticis alma sacri.
Unguentata dein uligine dextra renidet
Ut regat aiberei numinis auramanus:
Tam sancti cuivis non conceduntur honores,
Esto laboris bonos, cui datur illud onus.

SECUND.

SECUNDVS CHORVS

Ecclesiastica Hierarchia.

I. Nympha DISCIPLINA.

Cum datur consecratus baculus, spiritualis
Oeconomia sanctæq; prolis
gubernatio.

PROSOPOPAEIA.

Bosporus Aurora socius modo purpurat astra,
Florigerisq; madet roribus udus ager,
Auditione & inflat magnus nova cornua pastor,
Huc rationales buc ueniat is oves.

Per loca vos statuam viridatibus herbida pratis.

Ad riuos ducam lene fluentis aquas.

Restituam infirmis uegetantia robora membris,

Sedabunt inopem pascua larga famem,
Auditione & vocat vos pastor ad arua secundò,
Orationes iam ueniat is oves.


Credite dicenti, vos læto gramine sistam,

Saluifica ducam per loca tuta via.

Quando per obscuras umbris loca devia valles
Ibitis, horrentes guttura panda lupi,

Omnis

Omnis abesto timor, non ulla pericla nocebunt,
In nostro regnat vis animosa pedo.
Iste instar sceptri baculus gemmascit aduncus,
Iudicium regno iusticiamq; dabit.
Attrabet errantes, tentabit pectora dura,
Ignavumq; abiget, quod sine mente, pecus:
Omnis in hac aurēa virga sita nostra potestas,
Nil ferus hanc contra iuris avernus habet.
Vos veniente die salvas ad pascua cogam,
Securas ducam sole cadente domum.
Auditis cornu dat pastor tertia signa,
Orationes iam veniat is oues.



C ij II. DILE-

II. DILECTIO.

Cum datur novo Antistiti conse-
cratus annulus.

EPISTOLA.

Hanc tibi de cælis Ecclesia sancta salutem.
Sponsa suo sposo carmine scribit AVE:
Te dudum optavi nuper mihi Christus in astris
Te pepigit sponsum testificante fidæ.
Ergo mei mitto memorabile pignus amoris,
Munera parva quidem, præmia magnatamē
Anulus unanimis fides argumenta perennet,
Fulgeat in digitis Indica gemma iuis.
Unum oro, intemerata fides in utrisq; rigescat
Mentibus, ac idem pectore flagret amor.
Nullum tempus edax hæc mutua vincula solvati,
Suave sit, ô Princeps, hoc in amore mori.

III. PRÆ-

III. PRÆDICATIO.

Cum datur Euangeliorum liber.

EN Euangelium ceu Cornu Copie Amalthes,
Quod varia & sana fruge redundat habe.
Hac sunt illa diu promissa pabula terre,
Quæ mellis rivos, flumina lactis habent.
Nectaris hoc haustu mens ebria gestit opimè,
Hac animus vere pascitur ambrosia.
Ista propinabis SLESIÆ carchesia plebi,
His doctrinae epulis exsaturabis oves.
Sic intrabis humum qua lactis ab imbre rigatur,
Cuius ab arboribus rosida mella fluunt.
O mihi tanta soli contingat gloria, saltem
Reliquias eius da mihi CHRISTE, sat est.

C 3

IV. ANTI

III. ANTIQUITAS.

Sponsus munera offert spirituali patri.

A Vrea consuetis cumulari altaria donis
A Sponso grato vult Hierarcha pater.
Præsul portabis qua munera Principe digna?
An qua Pactoli fulgida ripa vomit?
An molles Tyrio madefactas murice pallas?
An mage Erythrai dona decora sali?
Ista ferant alij grino ex orbe Toparchæ,
Auratisq; cent gemmea sceptra tholis.
Tu PRINCEPS ea dona feres qua dia vetustas
Melchiadis statuit munera danda Pape.
Quas fert cultus ager fruges, que munera vitis,
His perages opibus Melchisedecis opus.



V. GRA-

V. GRATIA.

Pane cælesti reficitur.

EXcelsū PRAESVL montis superato cacumen,
Difficiles aditus ast habet illud iter.
Vis superare iugum tot tesquis undiq. septum?
Corda prius Sacro sunt saturanda cibo.
Ex isto tanquam cælesti fonte scaturit,
In vitam aeternam fons salientis aqua.
Hinc operum divinorum fluit omne charisma
Arrha hac nil maius totus hic orbis habet.



VI. IN

VI. VICTO

VI. VICTORIA.

Imponitur capiti eius Sacra Infula.

Terribilis Sathanæ galea procede bicorni,
Vulgaris te non hostis ad arma vocat.
Bella geres Libyæ catulis metuenda leæne,
Te contra insurget Regulus atq; Draco.
Sapé Chimararum te monstra trifomia pungent,
Et struet insidias Amphisibæna biceps.
At tu ceu validis muris tegerere, tumultus
Vinces, præsidio tutus athleta, Des.
Cornibus his binis feries caput acre Tyranni,
Exors damnorum celsa trophyæ ferens.
Procedet parto Victoria clara triumpho,
Exuvijs penetrans letior aucta polos.



OTON. IV.

VII. INNO-

VII. INNOCENTIA.

Cum dat Consecrator Sponso
Chirothecas.

Pellibus hædinis nati studiosa Rebecca
Vestierat digitos magne Iacobe tuos.
Sensisti Isaci largam benedicere dextram,
Quando prius tuleras fercula grata patri
Haurias & Praesul rores rutilantis Olympi,
Julumq; indigetem tolleret in astra Devs.
Qui gerit immunem sceleris mentemq; manumq;
Cui vita integritas ceu Deus ipse placet.
Huic Dominus donabit opes hunc lumine cæli
Clarabit, nivea vestiet atq; stola.



D VIII.CON.

VIII. CONTEMPLATIO.

Collocatur Episcopus, hoc est, Inspector,
in editione loco.

Contemplare igitur Cathedra de culmine
PRAESVL,
Editus abs causa non datur ille locus:
At proceres solijs sublimibus esse locatos,
Et non altum in ijs difficile est sapere s:
Verum mens humilis divino iuncta timore
Præfutis aternat celsa theatra throni.
Inspector legeris PRINCEPS è millibus Vnus,
An non hac magni gratia rara Dei?
Ad superam sedem Romana à fede vocaris,
Incipe nunc propior sedibus esse poli.



IX. VBI

IX. IVBILATIO.

Collocato Pastore in sua sede, prorumpit
universa Ecclesia in laus
des Dei.

Duc eris Antistes dun per Cathedralia Templa,
Prorumpam in laudes ingeniosa DEI :
In laudes apiate tubas & cornua rauca,
Tympana cum Citharis pulsa repulsa tonent.
Edite festivos tinnitus ara canora,
Mixta sonent varijs nublia blanda lyris :
Et deuota suas intendant Organa cannas,
Cymbala cum crotalis, iubila festa canant.
Artifici digito tangatur garrula syrinx,
Quicquid cum Muis Gratia trina probat
Vestrum carmen erit grates offerre Tonanti,
Quod Pastore novo SLESICA templa beet.
Nam tua finitimas vulgetur fama per oras,
Virtus non uno stet manifesta loco.



X. PAX.

Pleno vestitu nuptiali ornatus & decoratus
novus Præful, benedicit populo,
& dimittit Ecclesiam.

Nunc tandem Patres collo date brachia circū,
Oscula per longas iungue sancta moras
Mutua Pax detur, tanquam complectere natum.
Pastorem Pastor, magne Hierarchi Pater:
Tuq; tuum veluti proles reverere parentem
Antistes, Vitam quo Deus usq; dabit.
Qui tribuit tantum decus, is quoq; prosperet
annos,

Et tarde ē terra sydera ad alta vechat:
PAX DOMINI & sanctum divini flamen
amoris

Missum caelesti sede in utrumq; ruat.
Inclusi laudate Deum vos orbibus orbes,

**TERRA ALELVIA SONET, CVI POLVS
ADDAT AMEN.**



CARMEN

C A R M E N

Echoastichon

H E R O I C E E T S Y N C H A R I -
S T I C E S C R I P T U M .

Continens colloquium

Vatis cum Echo.

Dvn celebrat festos urbs VVratislavia ritus,
Cælitùs oblatos ob Mecænatis honores
Præfulis, è valium numero mox unus in arva
Latior egreditur, dat mutua verba capi quod,
Solus cum Nympha, quæ nomine dicitur Echo,
Et stans in viridi recitavit carmina colle,
Talibus exorsus dictis, spe pectore plenus.

Nympha VVratislauici vocalis gloria campi,
Lingua mater aue, **T E R A Y E**, mihi nonne loqueris?
Q V A E R I S ? diua loci decus huius pauca loquare,
Q V A R E ? dic dum sto prope te, **P E T E**, nil ne negotij est?
O T I I E S T, Ergò cui fundis praconia laudum?
Qua memoras? **O R A S ?** Præsul suscepit honores,
O R E S ! pol superos, **H È R O S**, gratissimus hospes,

E

O S P E S

O SPES! atq; Pater Patriæ, quem dirigit alnum
Afflamen, FLAMEN, iam Christi Ecclesia surget
Splendidior luna, VNA, binc singula munia current
Ordine directo, RECTO, dictionis habebit
Curam num certa? CERTE: iam quilibet illi
Applaudant, LAUDANT, Echo si millia queres
Vix numerum implebis, PLEBIS, non dico quot, O QVOTI
Testem etiam promam, ROMAM, dic plura bona Echo
Sollicito, CITO, num tenebra pellentur opaca?
PACE, illa incedet Pax tanquam purpura, PYRA.
Si quid adest mentis præsage, AGE, spc q; videbor
Impletus, LAETVS, Prasul mihi nonne locabit
Pro sanctis studijs laurum?. AVRVM, ille ille inventans
Qua modò malit, ALIT, poterunt ea dona mouere,
VERE, & ei grato modulari pectore psalmos
ALMOS, in primis se declarabit amicum,
Fautorem, AVTOREM, uelocius, OCYVS, ergo
Dic graue, AVE, me tanquam in tristi funere lacus
Solor, OLOR, sperare licet num prospera? SPERA;
Hos inter fluctus, LUCTVS, Echo euge stupenda
Dicis re vera, VERA, Antistes prius an non
Optima vult? MARYLT, sponsusq; Ecclesia amica


Defender

Defendet sponsa iusq; **EIPS**, proferet illud
Ad populi capum, **APTVM**, haud isthac munia possunt
Quilibet amplecti, **LECTI**, illum munere tanto
Gaudemus functum, **VNCTVM**, Praesul semina sparget
Doctrinaq; **AEQUE**, & sorte m reparabit avitam,
VITAM, progredere o bellè, resonabilis Echo
Vocem ut dispergas, **PERGAS**, nonne ergò probabis
Istud principium? **PIVM**, opus fidei q; **DEIQUE**,
Hus ornamentis, **MENTIS**, decorare severè
VERE, scripturis, **VRIS**, pietatis amantes,
An non concordent? **COR DENT**, adamentq; tiaram,
ARAV, almam gemmis preciosam auroq; decoram,
CORAM, nonne patri obsequium at prestare repente
Apparen? **PARENT**, terram sonus exit in omnem,
Pertingens, **INGENS**, solium quod Episcopvs illud
Possebit, **SEDIT**, cur acclamat? **AMATYR**,
Quod cum laude reget Silesica Compita? **ITA**, an non
Virtute illius mens est uestita? **ITA**, nunquid
Sperabo opportuna? **VNA**, totumq; sacrabo
Huic me nauclero, **CLERO**, lux clara videtur,
DETVR; ceu column, **EVREN**, selectus homo ille
Purior est alabastro, **ASTRO**, illi occurritur? **ITVR**,

Applausu ingentis **GENTIS**, dabis an quoqz versus
Candida Naisz **AIS**, tali tantoqz Patrono
Heroi fiat manifestum, **FESTVM**, age dicas
Quo se flore teget mea frons generosaz **ROSA**, at quid
Aönium dabit hac in festa cacumenz **ACVMEN**
Scilicet ex Echo factum, **ACTYV**, num utile factus
FAC TV, si saltem fieri benè res ea possit,
O SIT, fortassis Vates melioribus illi
Versibus equi sunt? **QVI SVNT?** ego prouocor, **O COR.**
Pergo, **ERGO**, Mecænati sed non fore gratum
Rerisz **ERIS**, quid ais canuqz **E** carmine fiam
JAM, num suavisz **AVIS**, dic num me diligit iste?
IS TE, nonne mihi poterit succurrerez **RERE**,
Charum reris? **ERIS**, que fiet meta morando?
ORANDO, vivet num felix atqz beatus
Sicut quaritz **ERIT**, namqz ad caelestis totus
Intendit, **TENDIT**, benedicite, **DICITE**, **E** omnes
Corde flagrent pio, **Io:** mens latitiaeqz capax sit,
PAX SIT, pax est grata, **RATA**, hinc nam proueniet spes,
Æs, hoc est gratum, **RATVM**, athanc rem carmine totam
Concladas, **LYDAS**, quid fiet Praesuli honoro,
Res aliquas sanctas quod si renovabitz **ORYABIT**,
Gaudebit Christusqz, **VsQVE**, hinc exibit in auras

Occultus,

Occultus, **CYLTUS**, non applaudente resecta
SECTA, ita rem claudio, **LARDO**, iam tu quoq; finem
Concedas, **CEDAS**, nam tardè hic differo, **SERO**,
Ergò te linquam bac in Valle, **VALE**, ipse patroni
Principis ac aulam repetam pede sollicito, **ITO.**



E 3

ANAGRAM

ANAGRAMMATISMVS

in

Nomen auctoris

O VINCIS PVRA SALVS.

Quamuis Tanarijs surgant è faucibus hydra,
Ac libi centuplicent tetrica fata minas.

Quamuis heretica pulsent tua corpora plaga,
Te licet infestent ora maligna Virūm:

Ne cesses vitor tuba clara tonare Tonantis
Æthere missa salus Vincit, honorq; Dei:

NICOLEI Gracè perpendas nobile nomen
Omen id, è sancto nomine, Musa trahet.

Omnia magnanimo, Divūm Venerabilis heros,

O PRAVSI, **V**INCIS pectore **P**URA **S**ALVS.

GEOR: **V**VOLFFIVS.

FINIS.



